



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

88. De licentia, quam potest dare Parochus, vel ordinarius assistendi matrimonio? Pro quo varij& curiosi casus apponuntur in textu huius Resolutionis, & etiam pro ipso Parocho tantùm. Ex p. 11. tr. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

# De Sacram. Matrim. Ref. LXXXVIII. 383

rimonium 5. num. 5. & Machadum tom. 2. lib. 4. part. 2. tract. 2. docum. 16. num. 4. vbi sic ait: Et tambien du-  
doso, y controverso entre los Dotores, si el Paroco descomulagado, suspenso, &c. vitando, y no tolerado, pueda, validamente dar licencia a otro Sacerdote para que en su nombre assista al matrimonio: Layman y otros dicen que no. Si bien Sanchez, Basilio, y otros defienden que es valido el matrimonio, cuya sentencia como mas probable sigue Diana: funde-  
se en que la tal licencia no es acto de iurisdiccion, sino una mera designacion de la persona, hecha en virtud del Concilio Tridentino, para que el Sacerdote de segun su decreto, pueda prestarle autoridad con su persona.] Ita ille.

Sup. hoc supra in Ref. 4. & 8. Nota tamen hic obiter, parochum scilicet excommunicatum, etiam non toleratum, non solum valide assistere matrimonio, sed etiam licite (quicquid in contrarium sentiat Basilius) imo si admittantur probabilem sententiam, quod validè conferat alteri Sacerdoti facultatem assistendi, eodem modo consequenter dicendum est, etiam licite conferre hanc licentiam, quia quamvis in his duobus communiceat cum aliis, id tamen efficit propter utilitatem, vel potius necessitatem contrahentium, cum absque parochio vel alio Sacerdote de licentia illius contrahere non possint, ac proinde neque ipsi contrahentes peccant. Vide Dicastillum ubi supra num. 78. Machadum num. 5. Imo Leander ques. 27. putat in tali causa Parochum excommunicatum non declaratum si assistat matrimonio, vel dei licentiam assistendi, non peccare neque venialiter, quod etiam ante ipsius docuerat Hurtadus diff. 5. diff. 11. 8. num. 27. & me citato docet Martinus de San Joseph in Mon. Confess. lib. 1. tract. 5. de Matrim. num. 11. At Ioannes de Soria in epilogi summarum part. 2. tract. 1. sol. 1. diff. 10. §. circa matrimonium clandesinum, sic ait: valide matrimonio assistit Parochus, licet sit suspensus, excommunicatus, aut irregulare. Peccavitne assi-  
stendo? Respondeo cum distinctione, quod si est

Sup. hoc in Ref. 8. & seq. etiam non est tolleratus, nullo modo peccavit, sed si non est tolleratus, peccat venialiter. Quare, si nulla iurisdictione viruit, non ratione assistit, sed propter benedictionem, quam illis communicat. Ita ille. Ego puto utramque opinionem probabilem esse. Quoad secundum dubium respondeo, ea qua: speciali nota digna sunt, quando specialiter non notantur, censetur quasi neglecta. item apud Laborem 15. ff. de iniuriis: matrimonium autem est res gravissima, & ardua, iuxta cap. finale de procuratoribus in 6. & ex se patet: ergo est dignum speciali nota; ac proinde quando conceditur, censetur negligendum, & non concessum. Et ita etiam docet Dicastillus de Sacram. ubi supra tom. 3. tract. 10. diff. 3. dub. 14. num. 105. qui postea num. 111. sic subdit: Verum quidem est, Congregationem Cardinalium aliquando censuisse in ea facultate administrandi Sacra menta, comprehendi etiam matrimonio assistere, sed tunc sequuntur sunt opinionem probabilem, cuius oppositam nos cum altis probabiliorum iudicamus. Ita Dicastillus. Sed si mihi constaret authenticæ de tali declaratione, non recederem a sententia Purpuratorum Patrum.

Sup. hoc in Ref. 8. & seq. Et tandem nota, & seq. 4. Notandum est hic obiter, Leandrum nominatum contra me docere tom. 4. de Sacram. tract. 9. diff. 7. ques. 21. Quod si quis habens alcibi domum, inquit, migrat aliud (recreationis causa) brevi redi-  
citur, possit contrahere eorum Parochio illius brevi habitationis seu temporis. Quod etiam docet no-  
vissime P. Escobar Theolog. Moral. tract. 7. exam. 9. cap. 8. §. 5. num. 157. vbi sic afferit; Potestne celebrari coniugium in rurali domo, ad quam recreationis causa ipso profecti essent, uno aut altero die com-

moraturi, si ditioni alterius parochi domus illa sub-  
ditas sit? Afferit Sà verb. Matrimonium, num. 2. proprium Parochum in ordine ad matrimonium esse Pa-  
rochum, in cuius parochia alterius habitat, etiam ex parocho commorationis tempore. Ita ille. Sed hanc sententiam ego elim reprobau, & nunc iterum reprobbo, & ideo Dicastillus de Sacram. tom. 3. tract.  
10. diff. 3. dub. 8. num. 48. sic ait: Ex quo fit, ut qui extra proprium domicilium minore tempore anni in eo loco habitat, tanquam hospes, seu animo ci-  
tudo redeundi, non habeat alium Parochum, adhuc in ordine ad matrimonium, quam Parochum sui do-  
miciilij, aut quasi domicilij, ut rectè probat Sanchez circa disp. 23. & Menoch. conf. 178. quicquid in con-  
trarium sentiat Basilius lib. 5. cap. 17. & Sà verb. Pa-  
roch. n. 2. qui absque fundamento affirmante modi-  
cam seu brevi habitationem in Parochia alicuius, etiam si recreationis causa fiat, sufficere vt quis in  
ordine ad matrimonium habeat illum, ut Parochum.  
Ita Dicastillus. Et hanc sententiam ex pluribus Do-  
ctoribus, me etiam citato firmat Angelus Bossius de  
Matrim. cap. 4. §. 9. num. 17. & de Iubilo fel. 4. cap. 13.  
num. 34. assertus, non esse audiendos Pontium, & Sà,  
& tu adde nunc Leandrum, & Escobar. Nota etiam  
hic, quod Parochus interdictus seu prohibitus ab  
Episcopo assistere matrimonio, adhuc valide assistit;  
qui positio eo interdicto seu prohibitione, Paro-  
chus adhuc recinet iurisdictionem: idem dicendum  
quando huiusmodi prohibito facta fuit Adiutori  
vel Vicario parochi. Imo Parochus cui veritum fuit  
a Superiori administrare Sacra menta propter inci-  
tiam, validè adhuc assistit matrimonio, quia huius-  
modi assistentia non est propriæ administratio Sacra-  
menti, modo Parochus sit compos sui, & externo  
sensu percipiat consensum contrahentium, sive per  
se immediate, sive percipiat per interpretem, quod  
adeo verum est, etiam ibi per vim detineatur. Ita  
Basilus ubi supra num. 8. Dicastillus, & alij.

Sup. hoc in  
Ref. 7. & in  
alii eius  
prima not.  
& in Ref. 8.  
§. 5. & seq.  
ad me-  
diuum, a versa  
Si tamen,

Sup. hoc in  
Ref. seq. §.  
Et hanc à  
lin. 5. & seq.  
& in alii §.  
cius annos.

## R E S O L . LXXXVIII.

*De licentia, quam potest dare Parochus, vel Ordina-  
rius assistendi matrimonio?*  
Pro quo vary, & curiosi causus apponuntur in textu  
huius Resolutionis, & etiam pro ipso Parochio tan-  
tum? Ex part. II. tr. 3. & Milc. 3. Ref. 32.

9. 1. **Q**uarto primò: an Parochus non Sacerdos possit concedere licentiam Sacerdoti assi-  
stendi matrimonio? Suppono Parochum non debe-  
re necessario esse Sacerdotem: sed valere matrimo-  
nium contrarium coram Parochio, vel Ordinario  
non Sacerdote: nam Concilium solum exigit assi-  
stentiam proprii Parochi; at sic est, quod quamvis  
hic Sacerdos non sit, vere Parochi nomen, & au-  
toritatem propriæ refinet, ergo: sic declararunt  
Eminentissimi Cardinales, ut refert Basilus lib. 5.  
cap. 17. n. 1. cui adde Doctores, quo citat, & sequitur  
Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. diff. 7. ques. 22. qui  
ques. 23. firmat etiam neque peccate sic assistens ma-  
trimonio.

Sup. hoc  
quod hic  
supponitur  
melius, &  
magis latè  
infra in Re-  
sol. 90. §.  
Sed ut Vicá-  
rius ad medias  
& post medias

2. **Q**uarto secundò: an licentia concessa pro mi-  
nistrandis Sacra mentis, includat licentiam assistendi  
matrimonio. Respondeat negatiuè Hurtadus de ma-  
trim. diff. 5. difficult. 11. num. 38. vbi docet ad assisten-  
dum matrimonio non requiri licentiam specialem,  
sed sufficere generali, quia conceditur facultas ad  
exercendum officium Parochi, quod etiam decla-  
ravit Congregatio Cardinalium, & merito, quia  
assistendo ex ea licentia, satisfit Tridentino, requiri-  
enti licentiam ad assistendum; quia ea est vera li-  
centia.

Sup. hoc in  
Ref. not. seq.

## Tractatus Sextus

384

centia ad id, quanquid sub verbis generalibus collata; imò sufficit, quod licentia ad assistendum, sive specialis sive generalis, conferatur verbaliter, quia licentia verbalis est vera licentia, cui non obstat declaratio Cardinalium, in qua dicitur sufficere licentiam generalem in scriptis datam, quia non dicitur requiri, sed sufficere.

3. Ea verò, quæ speciali nota sunt digna, tunc censentur omisa, quando non conceduntur specialiter, aut modo æquivalente concessioni speciali, concessio autem facultatis generalis ad exercendum officium Parochi æqualet licentia speciali ad assistendum matrimonio, quia haec includitur in illa; concessio vero facultatis ad administrandum omnia Sacraenta non æqualet, nec sufficit, quia assistere matrimonio, non est Sacramentum matrimonij administrare: quia nec Sacerdos assistens, nec Parochus est minister, sed tantum ipsi contrahentes. Ita Hurtadus, qui citat Henriquez & Coninch. Sed ex Basilio Pontio, Castrus Palau, tom. 5. disp. 2. punct. 2. num. 1. aliter procedit, affirmans sufficienter prædictis verbis licentiam assistendi matrimonio esse concessam, quia esto in rigore matrimonium non administretur a Parocho, vel Sacerdote, impropriè tamen ministratur, quatenus eius præsentia nomine Ecclesiæ matrimonij administratione necessaria est; siue fuit à Sacra Congregatione dictum, teste Farinac. vol. 4. pag. 275. ibi requiritur commissio generalis administrandi Sacraenta, vel si hæc absit expressa, vel specialis licentia.

Et licet Hurtadus afferat, Congregationem sequi opinionem communum tanquam probabilem, illa tamen supposita, puto non esse ab ea recendum.

4. Ego verò, ut meam sententiam promam, dico non sufficere si Parochus concedat aliqui licentiam ministrandi omnia Sacraenta; nam talis licentia intelligenda est, sicut clausula Bullæ Cruciatæ concedens similem licentiam, quæ intelligitur de Sacra- mentis penitentia, & Eucharistia, quæ sunt maxime necessariis. Placet tamen quod rectè obseruat Sanchez disp. 3. n. 8. prædictam doctrinam esse verā, Quando Parochus præsens eam licentiam concederet; nec est coniectura probabilis voluisse includere etiam matrimonium, lecus quando Parochus in absentia relinquit substitutum, tametsi solum illi dicat, ut administrat Sacraenta vice ipsius; tunc enim sufficiens est illi licentia ad matrimonium, quia est illum Vicecurator substituere, dum ipse absit. Et hæc omnia docet Perez de marin. disp. 41. sect. 1. n. 8.

5. Quarto tertio: An Parochus non propriarius ab Episcopo delegatus, & amabilis ad nutum illius, possit matrimonio assistere, & ad id licentiam conferre; posse ipsum assistere non est dubium, difficultas est, an etiam possit licentiam ad id conferre, Sotus in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 3. & Bartholomæus Ledesma de panitia dub. 13. docent, non posse, quia prædictus est delegatus; qui autem est delegatus, nequit alterum subdelegare.

6. Sancius vero lib. 3. disp. 31. Henriquez, & plures alii docent, posse, quod etiam declaravit Congregatio Cardinalium, & meritò: quia ille est verè Parochus, quamvis delegatus; ergo potest ad id licentiam conferre, quia ex Tridentino sufficit licentia Parochi. Et idem ob eandem rationem dicendum est de Vicecurato plenè delegato à Paroco proprietario, ut contra Basilius aduerterit Sancius, quod verum credimus non solum in absentia, sed etiam in præsenti Parochi proprietarij, quia etiam in præsenti illius est verus, & proprius Parochus, quamvis non proprietarius; sed delegatus, & mercenarius.

7. Quod autem delegatus non possit iurisdictio, non subdelegare, non obstat, quia eam licentiam concedere, non est subdelegare iurisdictionem, quia assistere matrimonio, ad quod conceditur, non est actus iurisdictionis; præfertim quod delegatus, quamvis nequeat iurisdictionem ad omnem causam, sibi delegatam delegare, potest tamen ad unam, vel ad alteram, ac proinde posse ad assistendum matrimonio, quamvis id efficeret iurisdictionem concedere.

Et hæc omnia docet Hurtadus de marin. disp. 5. tract. 5. disp. 2. punct. 13. num. 8.

8. Quarto quartò: An sufficiat ad validitatem matrimonij licentia Parochi exorta per vim, & metum. Respondeo affirmativè, quia contra dictam sententiam, in quibus nihil repuditur, vt sunt similes processio, & donatio, tametsi meru graui extorti, nulli sunt iure naturæ, & iure positivo. Nam sunt similes voluntarij; Qui enim meru coactus content, absolutè consentit voluntariè, omnibus enim contractatis vult. Est etiam in illis contractibus omnis status, nam in contractu donationis v.g. titulus legitimus est ipsem titulus donationis, qui solam importat donationem liberalem, id est nullo pretio recepto. Et quamvis hic titulus reperiatur cum administratione involuntarij ratione metus, dicitur titulus iustus, id est titulus cui ius non resistit, ipsius annulans, metu vero iniurie, que in tali donatione intercedit, nihil obest; tum quia iniuria non est immediata causa contractus, sed confessus contractis, tum etiam quia tametsi iniuria posse efficiens causa ad revocandum confessum, & contractum irritandum, non tamen est sufficiens ut ipsam reddat omnino irritum, ut constat in contractu cui dolus causam dedit, qui est iniuria intercedit; non est tamen iure naturæ irritus, sed irritandum, quia talis dolus versatur non circa substantiam contractus, aut materiae, sed circa causam contrahendi, que ex extrinseca rei, & accessoria, ac proinde non nulli confessum, qui sit sufficiens ad naturam contractus.

9. Itaque per hanc assistentiam nihil concedunt Sacerdoti, quod in eius dominium transeat, quippe solum conceditur eius personalis assistentia vi, ut matrimonium firmet, cum ergo prædicta licentia exorta non iteretur à iure, efficiens validam est.

10. Et hanc opinionem tenet Sanchez 1. q. 43. n. 23. Coninch. disp. 27. dub. 3. num. 29. Petrus de marin. d. 41. sect. 5. n. 2. Hurtadus disp. 11. num. 39. Castrus Palau tom. 5. disp. 2. punct. 13. n. 3. & alijs pones ipsum. Ex quo inferitur validum esse matrimonium quando testes, vel Parochus dolos vocati, aut, ut vi adduci, & contra eorum voluntatem detinendi, & statim matrimonio & intelligent conuenient; ita etiam pluribus docet Leander de Sacram. tom. 1. truct. 8. disp. 7. q. 39. qui quæst. 40. querit an in talia valent de matrimonio, si Parochus assistens iniuris, & affectus oculos occidens, non intelligere, aures & oculos occidens. Etans non intelligere, aures & oculos occidens, nihil eorum, quæ agebant videt.

11. Et contra Sanchez lib. 3. disp. 39. nam 6. & 7. Bonacinam respondet valere dictum matrimonium; & ita respondebit Sacra Congregatio in hac verbâ: Et quid si Parochus adfuerit, nihil tamen oportet, quae agebantur, videt, vel, auditiv, utrum tale matrimonium sit nullum? Respondit Congregatio, matrimonium non valere, si non intellexit, nisi ipse Parochus affectus non intelligere. Et quidem mentio (addit Basilis) ita responsum est. Nam et ipso quod Parochus affectus non intelligere, admittimus prius velle matrimonium contrahere eos qui adiungunt, scilicet iam ignorare non potest confitendum contrahendum, arque adeo testis esse potest cius conuenientem.

apud Ecclesiam. Huic tam apertissimæ decisioni frigidè respondet Thom. Sanch. inquit enim, horum verborum sensum esse, nisi Parochus consulto, & data opera, fingat se non intelligere; cum tamen reuera non intellexisset; quasi qui vocatus ad hoc ut adit matrimonio, & monitus à contrahentibus se velle contrahere, potuerit non intelligere matrimonium ab illis contrahiri, quamus postea aures ocluidat. Hucvsque Basilius lib. 5. cap. 21. n. 12. cui additum est. Martini de San Joseph in Mon. Confess. 10. lib. 1. tract. 15. de Sacram. matr. n. 18. vbi sic ait: [Es valido de matrimonio aunque sea prohibido por el ordinario, en que asistieron el Paroco, y testigos llamados por engaño, ó traídos por fuerza, y que con ella los desvirtuaron, y entendieron el consentimiento de los contrayentes.

12. Y lo dicho es verdad aunque el Paroco: despues de engañado procure no ver ni entender el consentimiento de los que se casan, que delante de él se tapando las orejas, y cerrando los ojos: porque en diciéndole que quieren contraher matrimonio; no puede ignorar antes entiendo el consentimiento dicho, y puede ser testigo del, contra Pontium loco citato num. 5.]

13. Quero quintd. An licentia concessa afflendi matrimonio sufficiat, si sacerdos ignoret licentiam datam esse, si a suo Nuncio fuerit acceptata. Et negatiuè respondet Pontius lib. 5. cap. 28. n. 8. vbi sic ait: concessa tamen licentia vt non potest est ei conceditur, nisi illi innotescat, nec enim satis est, quod concessa iam fuerit ad eius petitionem, & innotuerit Nuntio, vel Procuratori, vt late ostendo in tract. de confess. contra Sancium. Vnde neque satis existimo, si contrahentes dicant se licentiam habere, vt eos iungere matrimonio possit, solent enim in eo innumeras fraudes interuenire: nisi forsan adeò virtute, & auctoritate pollet qui dicaret, vt de eius veritate nullo modo dubitari possit videatur, de quo Thomas Sanchez disp. 37. Ego tamen peterem licentiam ostendi etiam à quocunque vita quantumvis virtute praestanti; nec enim in hoc villa irrogarentur iniuria, quod in re tanti momenti, & ex qua valor matrimonij pender diligenter conaretur extraneos sacerdos suo muneri satisfacere, quibus fauerit decisio Rotæ apud Seraphimum 1099. Quando autem revocatur, debeatne innotescere ei cui conceditur, & quando expirat, vel revocatione, vel concedentis morte, definiiri potest ex his, quæ dixi supra isto libro, & ex his quæ dico in tractatu de confessione in simili de licentia ad audiendas Confessiones. Ita Pontius; cui additum est. Hurradum de matrim. disp. 3. diff. 13.

14. Sed sententiam affirmatiuam Sanchez, post illum tener Coninch disp. 27. dub. 3. n. 3. & Caltrus Palauis 10m. 5. diff. 2. punct. 13. n. 6. quia cuiuslibet beneficij, priuilegij, dispensationis, facultatis, & gratiae concessio, à puncto acceptationis factæ à Nuncio ad id specialiter destinato habet effectum, vt communiter Doctores tradunt, & colligunt ex cap. sibi absenti, de prob. in 6. Ergo idem est dicendum de prædictæ licentie concessione, cum nullum sit fundamentum aliam conditionem nouam exigendinā quod Sacerdos ea vt non possit licetè quovisque sibi innotescat esse concessam per accidens est, neque valorem licentiae impedit, sicut neque cuiusvis alterius facultatis.

15. Verum ego non recederem à sententia Basili Pontij negativa, quam etiam tuerit Martinus Perez de matr. disp. 4. sect. 2. num. 5. & idem dico, licentiam illam afflendi matrimonio concessam à Parochio non valeat Sacerdoti, donec ipse sciat eam esse sibi concessam nece satis est quod fuerit concessa ad eius petitionem, & innotuerit Procuratori vel Nuncio.

Tom. II.

cio. Ratio huius conclusionis eadem est, ac præcedentis, quia credi non potest Tridentinum, & Parochum velle vt licentia concessa valeat, & sit vera licentia quovisque is, cui conceditur, possit eā licite assister, quia ad id conceditur. Atqui ignorat licentiam esse sibi concessam, quantum iam acquisitam acceptanceone à nunc, nequit licite ea assistere matrimonio.

6. Secundò, quando prædictam licentiam à Parochio petat Sacerdos per litteras, vel Nuncium ab eo missum, & ipse Parochus eam concedit, non valere à tempore, quo id Nuncio intimatur, sed vt valeat, opertore, vt ipsi Sacerdoti nota sit talis licentia per litteras Parochi mandato scriptas, vel per Nuncium ab eo directum.

17. Tertiò, idem puto dicendum de prædicta licentia obtenta per Procuratorem non valere à tempore, quo id Procurator intelligit, sed à tempore, quo præsumatur, habet notitiam per illum.

18. Quartò, affero non esse facile credendum contrahentibus se habere licentiam, vt alienus Sacerdos matrimonio assistat, nisi sint personæ valde fide dignæ; ita communiter Doctores; Ratio est, quia in his, quæ pertinent ad forum externum, vt perinet dicta licentia, est difficile credendum partibus. Firmo, nam licet in foro prætentiali ad quem pertinent Confessio, Eucharistia, & Extrema-Vnatio credatur se habere licentiam dicendi, at in foro externo, & in rebus spectantibus ad ipsum non creditur, vt constat ex cap. sicuti de sent. excomm. Vbi probatur non adhiberi fidem excommunicato, dicens se absolutum esse ab excommunicatione, nisi excommunicatus litteras absolutionis ostendar, aut alio modo legitimè de eius absolutione constet: non alia de causa, nisi quia pertinet ad forum externum, & ad externam Ecclesiæ gubernationem non creditur dicenti se habere licentiam, nisi alia persona sint valde timorata, & fide dignæ; Nam etiam notant Doctores, Paludanus, Angelus, Sylvester, & Nauarus, quos referit, & sequitur Sanchez lib. 3. disp. 37. num. 3. tametsi in cap. sicuti de sent. excomm. dicatur non esse credendum excommunicato dicenti se absolutum esse, nisi id legitimè ostendat; nihilominus tamen satis est, si excommunicatus sit persona digna, & afferat se absolutum esse; ergo similiter in matrimonio est dicendum.

19. Quero sextò: quid si Parochio interdictum sit ab ordinario, ne vili Sacerdoti licentiam ad afflendum matrimonio concedat; Respondeo, concessio, si sit, illicitam fore: validam tamen esse dum prohibitione non est adiectum decretum irritans, vt de dictum à Congregatione Cardinalium testatur Sanchez lib. 3. disp. 31. num. 2. Salzedo cap. 73. sua practica §. primum igitur dubium, Zeball. qu. 604. num. 73. Gutierrez cap. 67. per totum, & colligitur manifestè ex cap. 2. de matrim. contr. contra interdict. Eccles. Idem censeo dicendum de licentia concessa Sacerdoti sub onere præmittendi denunciations, indagandi impedimentum, aliamve diligentiam praestandi, dum enim non additur decretum irritans, censeri debet prædictam diligentiam præcipi non in vi conditionis, sed onoris, & obligacionis, maximè si sit diligentia quam ius commune postular, vt tradit Sanchez dicta disp. 32. & 33. & Coninch disp. 27. dub. 3. num. 33.

20. Sed Martinus Perez de matrim. disput. 4. sect. 4. num. 4. putat quod si in commissione facta Sacerdoti dicatur, coniunge aliquos matrimonio, si per solerem indaginem inuenieris eos non esse impeditos, dictum Sacerdotem inuiale interesse, ea informatione non præmissa. Ratio est, quia illa

K k

verba

Sup. hoc sup-  
pta in fine  
Ref. 77. & in  
Ref. 85. §. 24  
cursum ad  
mediū vers.  
si tamen. Et  
pro Decreto  
irritante hic  
appositio, le-  
ge supra do-  
ctrinā § 5 sed  
difficultas.  
Ref. 70.

verba conditionem important alio modo quam iure inest, & formam specialem inducent; nam aliud est dicere si fuerint idonei, tunc enim non inducitur conditio, quia iure inest, & exprimitur modo quo inest, aliud vero si inneneris esse idoneum, quia petitut informationem fieri, quod iure non intereat, & ideo talis clausula inducit formam, & conditionem.

21. Ex his ego olim recte interrogatus respondi, quod si Episcopus per se, vel per constitutionem Synodalem interdicat Parochis dare licentiam assistendi, nisi Sacerdotibus approbatos ab Episcopo, & Sacerdos cui data est licentia non sit ex approbatos, sit valida dicta licentia, assistentia, & matrimonium ipsum.

22. Respondi, inquam, validum id totum esse, nisi Episcopus, aut constitutio Synodalis expresse addat decretum irritans alteri gesta. Ratio est, quia id speciale statutum est in favorem matrimonij, ut irritum non redditur ex simplici prohibitione, sic constat ex cap. 2. ibi; licet enim contra interdictum Ecclesiae ad secunda vota transire non debuerit, non tamen est conueniens, ut ob id solum Sacramentum coniugij dissolvatur. Igitur quamvis Episcopus, vel Synodalis constitutio simpliciter prohibeat, dum non addat decretum irritans, matrimonium non irritabitur. Fermo amplius: nam Tridentinum Session. 24. de matr. cap. 7. praecepit Parochis ne intersine vago rum matrimonio, nisi praemissa diligenter informatio ne, & Episcopi licentia, & tamen si Parochus his non seruatis interdit eorum matrimonio, est validum. Ergo si coniungere aliquos matrimonio contra Concilij prohibitionem, vel dare licentiam alteri ad coniungendum absque diligenter ibi prescripta, non reddit illud irritum, & fortiori non reddit simplex Episcopi, vel Synodi prohibitio.

23. Nota hic obiter, Parochum criminosum, & infamem infamia iuris, posse assistere in matrimonio. Vnde sequitur primò, quod talis Parochus possit dare licentiam alteri Sacerdoti assistendi matrimonio, tradit sà supra, & sequitur ex variorum doctrina.

24. Sequitur secundò, infamem criminosum, &c. posse substitui, quia Concilium solum requirit conditionem sacerdotij in substituto, & ita docet Praepositus in 3. part. quest. 4. de marim. cland. dub. 1. 4. num. 99. fol. 92.7.

### RESOL. LXXXIX.

Quedam practicabilia circa Parochum, & eius licentiam assistendi matrimonio, ad ornatum Concilij Tridentini sess. 24. cap. 1. de reform. Pro quibus varijs singulares, & curiosi casus adscribuntur in corpore huius Resolutionis. Ex part. 11. tr. 3. & Misc. 3. Ref. 34.

§. 1. IN sequenti Resolutione satis explicabitur, quis veniat sub nomine Ordinarij ad assistendum matrimonio, nunc vero aliqua discutienda sunt de Parocco, & de ipsa licentia assistendi matrimonio. Et suppono quod Parochus viuis contrahentis, si in eius Parochia matrimonium celebratur, Sup. hoc inf. validè, & licite matrimonio assistit. Et hoc verum ex Ref. 110. censeo, etiam Parochus extra propriam Parochiam nam §. Ve. assistat, ita contra Nauarr. cap. 25. n. 144. Ludovic. rum à vers. Lopez 1. p. institut. cap. 86. §. præterea, & 2. p. de matrim. cap. 39. Henriquez lib. 11. cap. 3. n. 1. Rodriguez. Sed lege ea p. sum. cap. 218. n. 5. Zeballos d. q. 604. num. 60. Basil. per totam. Ponce lib. 5. cap. 16. n. 4.

2. Et post alios docet Leander de sacram. tract. 9. disp. 7. qua. 1. 16. Spino de iustam. gloss. 1. 8. 4. Sanchez lib. 3. disp. 19. num. 8. & 14. Coninch disp. 21. n. 22. Gutierrez tractat. de marrim. cap. 6. n. 1.

2. Ratio videtur manifesta, nam Concilium quoniam exigit Parochi assistentiam, non autem erigit quod in propria Parochia assistat, neque sius fini necessarium erat, cum eius assistentia a bicontra matrimonio celebretur clandestina nuptie viuant, ob cuius causam assistentia Parochi à Concilio potestatur.

3. Sed difficultas est, an licite extra propriam Parochiam assistat? Negant Salzed. prædict. cap. 7. n. 1. 9. undecimo, in noua editione. Henriquez lib. 11. cap. 3. num. 2. Rodriguez 1. tom. summ. cap. 21. num. 7. Basilios Ponce dicit. lib. 5. cap. 16. num. 11. Coninch disp. 27. dub. 2. num. 19. Mouentur, quia neque sponsos benedicere: ergo neque eorum matrimonio assistere. Verius tamen cessante scandalo oppositum existimo cum Spino Gloss. 1. num. 42. 50. gura Daualos director. iudic. Ecclesiast. 2. pars. 2. 3. num. 49. Sanchez lib. 3. disp. 19. num. 12. & 19. Gutierrez cap. 62. num. 6. eo quod predicta assistentia nullibi prohibita inveniatur, & licet sponsos benedicere non possit, ut tradit Coninch sess. 6. cap. 5. & cap. 24. sess. 1. de reform. non inde infertur eorum matrimonio non possit, sed cum haec assistentia magis virget, & benedictioni solenni necessariò coniuncta non sit. Verum etiam validum sit illorum matrimonium, cui Sacerdos commissione Parochi assistit extra Parochiam committit? Negant plures relati à Sanchez lib. 1. disp. 1. 4. num. 1.

4. Quia estd Ordinarius exercere possit, cum territorium iurisdictionem voluntariam, & delegatus inferior Princeps eam exercere nequit, ex i. de off. procons. tenent Batihol. in 1. 1. 40. Codex de Summa Trinitat. & fid. Catholic. & in dict. 1. 1. num. 1. Franciscus Marchio decision. Delphini. 117. in fin. part.

5. Sed dicendum est similiter delegatum assistere matrimonio posse extra Parochiam committit, ac potest committens, quia suam illi potestat delegat, neque est illius textus, ut ratio ex quibus haec delegatio restricta sensatur ut plenum sit, mat Gutierrez dict. cap. 62. de marim. num. 10. que verum est iurisdictionem voluntariam, quam ex assistentia imitatur non posse extra locum committens delegatum exercere; potest virque non in audiendis confessionibus, tum in confundendis beneficiis, ut probabiliter fert sententia apud Sanchez lib. 3. disput. 34. num. 2.

6. Et tandem obserua aliquos docere, non sufficere presentiam Parochi viuis contrahentis in Parochia alterius, sed necessariò requiri in Parochia viri presentiam Parochi viui, & in Parochia feminæ, presentiam Parochi feminæ; sed contraria sententiam ego olim docui, & me citato nunc docet Leander qu. 15. & omnia superius dicta; præterea doctores citatos firmat Martinus Perez de marim. disp. 40. scilicet 2. per totam.

7. Nota hic etiam primò, incolas loci in quod non viger Tridentinum, non posse validè matrimonium inire absque Parocco, & testibus in loco ubi Concilium viger; fecus autem dicendum est, de incola loci, in quo viger Tridentinum; nam validè potest contrahere sine Parocco, & testibus in alijs locis in quibus non viger: ita contra Henriquez, Rodriguez, Sylvium, & alios docet explicitibus Leander de Sac. tom. 2. tract. 9. disp. 7. qua. 1. qui notat procedere, etiam in fraude legis Tr. 30. dicitur.